



# **Universitätsbibliothek Paderborn**

## **Theologia Moralis**

Antehac ex probatis Auctoribus breviter concinnata

**Busenbaum, Hermann**

**Coloniæ Agrippinæ, 1707**

Q. 60. Quale detrimentum vel cuius emolumenti amissio excuset à correptione fraterna.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-42634**

damnum , quia cùm etiam hic sit proximus , non est , unde nascatur obligatio hunc ita damnificandi in gratiam alterius , ita *Cordub. Adri. Gabriel. Suar. de Cens. d. 46. f. 3. Petzsch: de restit. pag. 302. Dixi* , non semper , nam est obligatio , si innocens tibi sit valde conjunctus , v. g. si sit Pater vel Filius tuus , aut si redundaret in commune damnum , aut si damnificator ex se debeat damnum illud subire ad liberandum innocentem .

**220**     *Q. 60. Quale detrimentum , vel cuius emolumen-  
ti amissio excusat à correptione fraterna.* *Rg. Lug. de  
Just. d. 20. n. 139* sic fermè discurrit ; licet corre-  
ctio fraterna non obliget cum magno detrimen-  
to proprio , quando proximus , si velit , potest  
ipse facile vitare peccatum , hoc tamen intelli-  
gendum puto de damno extrinseco , quod ex  
correctione proveniet corrigenti in iis bonis ,  
quæ aliunde habet vel haberet independenter à  
peccato ipso per proximum committendo : Un-  
de non excusaris à correctione propter pericu-  
lum amittendi lucri , quod ex ipso peccato pro-  
veniret , v. g. Pater tuus , homo avarus , non vuln-  
succurrere extremè egeno , faceret autem , si tu  
eum admoneres , peccas , si non admoneas , et  
iam si ita privandus sis magnâ summâ egeno illi  
dandâ & alioquin tibi obvienturâ per hæredita-  
tem : similiter si , ut aliquid accipias per Legatum  
vel donationem , omittas correctionem debito-  
ris , & si nas eum peccare non solvendo , quod  
peccatum facile posses impedire , monendo ut  
debitis satisfaceret , peccas si non moneas , & re-  
ipsa censeris velle peccatum , quia taces ex affectu  
solo lucri , quod tibi non adveniet , nisi mediante  
peccato ,

peccato , adeoque videris desiderare peccatum ipsum ; Si tamen crederes proximum ex ignorantia inculpabili excusari à peccato , putat *Lug:* te in his casibus non teneri corripere , quia non est in periculo peccandi , & aliunde non videris teneri cum tanto damno tuo impedire violationem illam materialem *Justitiæ*, ad quam, ut supponitur , tu nullo modo prorsus concurris. De excusatione propter damnum , videri potest etiam *Dicast.* de *Cens.* d. 3. n. 790 & seqq: item *Tamb.* l. 5. c. 1. §. 3.

**D U B I U M V.***De Scandalo.***A R T I C U L U S I.**

*Quid, quotplex sit & quale  
peccatum.*

**R**Esp. I. Scandalum , dicitur peccatum occa-<sup>221</sup>  
sionatum , & est duplex : Activum & Passi-  
vum. Activum est, dictum vel factum ( quo no-  
mine etiam omissione intelligitur) minus rectum,  
præbens alteri occasionem ruinæ spiritualis. Ex-  
*S. Th.* 2. 2. q. 43. art. 1. *Sanch.* *Azor.* *Lay.* l. 2. t. 3.  
c. 13. *Bon.* to. 2. d. 2. q. 4. p. 2. Dixi, minus rectum,  
hoc est, quod vel in se malum sit, ut si loquaris  
turpia coram adolescente, vel mali speciem ha-  
beat , ut si justa de causa coram aliis eam igno-  
rantibus, comedas carnes die vetito.